Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

intueri. Stabat quia iam arcē uirtutū conscenderat.
aqua nullis temptationū posset impetratibus deici.
Stabant cū illo et discipuli. quia magisterū eius corde
sequebantur immobili. Et respiciens inquit ihm ambulantē.
dicit. Ecce agnus di. Ambulatio ihu dispensationē incar
nationis qua ad nos uenire ac nobis exempla uiuendi
p̄bere dignatus ē insinuat. sicut mansio eius eternita
tē diuinitatis in qua semp ē patri equalis aptissime
designat. Respiciens ergo ihm ambulantē iohs dicit.
ecce agnus di. quia uidens eū uīt homines conuer
santē. profectumq; illis uitē celestis et factis de
monstrantē et uerbis aperte pnunciabat. quia non
ipse ut putabant sed ille est qui ad redemptionē
generis humani ado patre est missus inmundum.
ille qui formā innocentie et patientie in se creden
tibus est daturus. de quo incarne uenturo p̄cinens
propheta dicebat. Sicut ouis ad occisionē ducet. et
sicut agnus coram tondente se sine uoce sic ommu
tescet et n̄ aperiet os suū. Et iterū. Ipse ē uulnera
tus ppt̄ peccata nr̄a. et liuore eius sanati sumus. Et
audierunt eū duo discipuli loquentē. et secuti sunt
ihm. Testimoniū phibente iohanne quia ihc est ag
nus di secuti sunt illū discipuli. magis desideran
tes ab ipso ihu quā a precursore illius uerbū gr̄ē
p̄cipere. quo et ipsi mererentur in agnorū di sorte
cōputari. Bene autē sunt duo discipuli inuenti
qui dnm primi sequerentur. gemina dilectione deuoti